



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

388. De Inventione sanctæ Crucis. Septem Mysteria revelata à Christo
Nicodemo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

via exemplis præeundo, via patiendo: Nam præ ineffabili labore, quo propter nostram salutem fatigabatur, viam se nominat, nihil enim viâ minâs quietum, nemo eam non premit, quantis oneribus gravatur via, die ac nocte ab obvijs quibusque: & Dominus meus, ut me cælo inferret homini se subjecit, substravitque pedibus ludæ: præterea quas non ærumnas pertulit! jugo meo supposuit humeros suos, meæ fami obtulit carnem suam, siti meæ venas suas porrexit, deliquijs meis substituit spiritum suum, mortique meæ donavit vitam suam.

Conf 3. Quid me felicius, quàm si huic viæ adhæream, quid infelicius, quàm si ab ea digrediar! Petam per merita, & intercessionem sanctorum Apostolorum, & sacratissimæ Eucharistiæ sumptionem incorporari in viam viventem, ut explicat Lyranus ad Hebr. 10. *Initiavit nobis viam viventem. Christus in Sacramento Altaris via vivens offertur, quia ducit ad alteram vitam.*

MEDITATIO CCCLXXXVIII,

De Inventionione S. Crucis.

Septem Mysteria revelata à Christo Nicodemo.

Audiam noctu loquentem Dominum Nicodemo, eumque mira docentem. *Petam eadem assequi.* *Conf.*

Conf. 1. Myſterium primum à Domino revelatum amoris ſui erga nos. *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret,* quibus verbis aperit cauſam humanæ ſalutis, Dilectionem Patris: quia, ut ipſe ait apud D. Gertrudem, bonitas mihi ingenita eligit melius. Melius autem eſt ſalvari hominem, quàm perire. Decernam imitari Dominum, & amore ejus ſemper in omnibus eligere melius. Sive, ut loquitur D. Bonavent. lib. 2. ſtimul. amor. cap. 17. *Semper, & in omnibus facere, quod eſt magis honorificum Deo, conforme Chriſto, afflictivum ſibi.*

2. Sincere ſcire volentem, docuit Dominus Deitatem ſuam: *qui deſcendit de cælo Filius hominis, qui eſt in cælo* Quod explicat Ioannes Baptiſta ibidem. *Qui de cælo venit, ſuper omnes eſt, ſeu Patri æqualis.*

3. Pandit Nativitatem ſpiritualem, ex aqua & ſpiritu. Qui hinc non renaſcitur, ira Dei manet ſuper eum.

4. Docet Paſſionem ſuam, & Crucem, exaltari oportet Filium hominis. *Vt omnis, qui credit in ipſo, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Si qui credunt in Crucifixum, non pereunt, multò minus perit, qui crucifixus eſt.

5. Reſurrectionem ſuam. Crux enim Chriſto gloria facta eſt quia mors ejus eſt cauſa vitæ æternæ Chriſto & nobis. Ergo
quantum

quan-
tum,
ſerva-
ſalute

6.

ad co-
deſcen-
de m-
tis aſ-
diſſe

7.

jam p-
ad ce-

Cuiq-

nus S-

tam,

com-

ſigill-

anim-

Bea-

tutis

Tr.

A

quantum in medico est, sanare venit ægrotum, ipse se interimit, qui præcepta medici servare non vult. Quis ejus, qui non vult uti salute, miserebitur.

6. Docet ascensionem, & reditum suum ad cælum, *Nemo ascendit ad cælum, nisi, qui descendit de cælo, &c.* Ut, si quis sine veste de monte descendat, & assumptis vestimentis ascendat, idem verè, qui descendit, ascendisse se dicitur.

7. Docet iudicium. *Qui autem non credit, iam iudicatus est.* Novit enim Dominus, qui ad coronam, & qui ad flammam permaneant. *Cuique tentatio propria crux est,* inquit Dominus S. Gertrudi lib. 3. cap. 30. Quam inventam, qui Christi sunt, ferunt. Toto affectu complectar Crucem velut clavem, unde 7. sigilla sunt aperta: Sapientia Dei Dignitas animæ. Vanitas mundi. Atrocitas inferni. Beatitas cœli. Horror culpæ. Honor virtutis. Ita D. Bonavent. apud Ludov. de Ponte. Tr. 2. cap. 14.

IV N I V S.

MEDITATIO CCCLXXXIX.

De B. Aloysio.

De tribus prerogativis B. Aloysij.

Aspiciam B. Aloysium angelicum primæ
ætate vocatum, omni fœdâ contagione
liberum,